



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. Dies Januarii. Meditatio, punctum est, unde dependet æternitas. S.
Bern. lib. 2. de Consid.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55659

uar.
uid-
s de-
lli, ac
ugas,
seni-
iissi-
gum
â, ve-
cior
aula
eruit
ecte
odita
l'ing:
sine
rito
. &
ollo-
riâ,
roës
ani-
lica-
e vi-
ope-
o so-
bere
quod
quod
d se
mpo-
tier.
pe-
ntur

Januar.

Tessera.

45

riuntur etiam in summis fastigiis, ubi nubiumque periculis, ubi verè est Infernus ille viventium, cuius meminit David, ad supernam patriam properantem, & anhelantem ante ultimum halitum, jam nunc esse fælicem. Ecce hic Beatitudinem in solitudine, Paradisum in deserto, cœlum in terra. Quare, nisi exossum tuam fœlicitatem, ambis esse miser, aggredere quod suadeo opus, ingredere quam proposui solitudinem, & si terreat te in aditu itineris, via illa arcta, & angusta, sis memor illius metri:

Est iter angustum, quod tendit ad aethera sursum.

18. DIES JANUARII.

Meditatio, punctum est, unde dependet æternitas. S. Bern. lib. 2. de Confid.

Princeps in 1.
solitudine o-
pus, est fre-
quens medi-
ratio.

Hactenùs multa de hominū turba, & multitudine, nec pauca de solitudine, &c in laudem solitudinis. Nunc autem ille qui solus est, ne solus sit, & in otio otiosus, quid ager, quod egisse pretium fuerit operæ? Prima ejus occupatio, sit frequens & solers Meditatio. Quid homini tam est proprium, immò continuum, quam consideratio, quam mentis cogitatio? Audi Tullium: (a) *Docto homini, & erudito, cogitare est vivere.* Quid igitur probrosius homini, quam tam nobilem mentem divinitus ei concessam obbrutescere & contaminari corporis colluvione, occupare quisquiliis, nec se attollere ad æterna? Divine suo more de consideratione Divinus Dionysius, qui ait, esse motum

(a) 4. Acad.

tum, qui in orbem, & circulum fertur, quique est ejus ad se, ab iis quae extra sunt, introitus, cum vim mentis inflectit, & a multis quae circumfistunt, convertit, & colligit primum ad se, deinde facultates animi omnes conjungit, atque ita demum ad pulchrum, & bonum ducit. Et hoc est hominis probè sapientis, mentis aciem abdueere à consuetudine sensuum contemplari res cogitatione dignissimas, dies, ac noctes in acerrima rerum utilium contemplatione collocare.

II. Quam ob rem ut tu^u moralis post vitam hanc mortalem, sis fœliciter æternus, cum Meditatio sit punctum undè dependet Æternitas, ut mediteris non minori successu, quam conatu, observa illud Dei ore Isaiæ monitum: (a) *Vade popule meus, intra cubicula tua, clande ostia tua super te, abscondere modicum.* O quam multa sic abscondita Deus absconditus tibi revelabit. Volebat olim Deus, teste Oseam Animam sibi dilectam, ex humili solo efferre in alium super omnia humana, inter mortales extolleret super id omne, quod est mortale; volebat illuminare ejus intellectum, inflammare voluntatem, corroborare spiritum, despansare eam sibi in fide, complecti charitate, exornare variis virtutibus, locupletare copia gratiarum, denique loqui ad cor ejus. Jam vero quem sibi Deus locum selegit, ubi tot, ac tantis animam illuminet favoribus! An curiam? ibi curæ; an forum? ibi iurgia; an aulam? ibi dissidia: an campum? ibi prælia; an mare? ibi naufragia: an Scholam? ibi discordia. Ubi ergo? quem elegit locum, ad tota tanta, ac tam inusitata bona conferenda? Audi Oseam

(a) *Iff. 26.20.*

Januar.

Tessera.

47

Oseam : (a) *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor ejus.* Nemo rem magnam, opus arduum, stragema præclarum, facinus heroicum, unquam agressus fuit, nisi præmissâ diuturnâ illius rei, quam moliebatur, meditatione, in solitudine.

III. In hoc secessu niti debes, ut non tantum sit solitudo pro corpore, sed multò maximè pro animo. Fiat solitudo in intellectu, sileat Phantasia, non vagatur mens volubilibus cogitationibus : cùm autem intellectus tam sit volatilis, ligandus est; cui alligabitur potius, quām illi, cui quicunque adhærent ligati, sunt beati: quia fruuntur omni bono, in quo uno, est omnis beatitudo. Deo adhæreat Davidis exemplo. (b) *Miki adhærere Deo, bonum est.* Quod si homo duobus brachiis intellectus, & voluntatis, amplexetur Deum, eique adhæreat, tum demum loquitur ei ad cor. Cùm Deus loquitur ad cor, ô quomodo tunc ardet cor, ut gaudet, ut exultat, ut gestit, ut dilatatur! Tunc clamat: (c) *Cor meum, & caro mea, exultaverunt in Deum vivum.* Dum Deus loquitur ad cor, dat statim nobis cor novum, & simus repente viri secundūm cor Dei. Dum loquitur ad cor, uno momento diligimus Deum ex toto corde. Dum loquitur ad cor, confessim qui fuerant avari, fiunt liberales; qui iracundi, mites; qui impudici, casti; qui debiles, fortes; qui impii, pii. Cur Petrus, cur Andreas, cur Apostoli alii statim relictis omnibus securi sunt Christum? Quia loquebatur illis ad cor. Cur Zachæus descendit confessim ex arbore, & excepit Christum gaudens, deditq; dimidium bonorum pauperibus? Quia loque-

(a) *Ose.2.14.* (b) *Psal.72.20.* (c) *Psal.83.3.*

loquebatur ei ad cor. Loquebatur Christus pauci
verba ad cor Sauli. Quæ repente metamorphosis
Miraris tot virgines fuisse ad claustra, tot juvenes ad
asceteria, tot eremicolas ad solitudines, Martyres
ad carceres? Deus loquebatur illis ad cor. Dum
Deus loquitur ad cor, sordet tunc omnis eloquentia
Tullii, Theologia Platonis, Philosophia Aristotelis,
o quis non ambiat se abdere in sacrosanctam illam
solitudinem, ut tot recipiat e cœlo favores, à Deo
gratias, tot beneficia, quot solent conferri dum
Deus loquitur ad cor. Hic geminæ animæ faculta-
tes, intellectus, & voluntas, & innovabuntur, iste illu-
strabitur, hic inflammabitur, quo quid fingi potest
optabilius vel jucundiùs! Nam

*Si dulce est oculis, videre lumen,
Quam dulce est animo, videre Numen?*

19. DIES JANVARII.

Vera scientia consistit in duobus pun-
ctis, quod Deus sit omnia, & homo ni-
hil. Laur. Iust.

Creatio I.
Homi-
nis.

Qui in principio creavit cœ-
lum & terram, post princi-
pium ex nihilo creavit te in
terra, ut esse aliquando ha-
res cœli. Hæc sit igitur prima tua, cui te impendere
debés, Scientia, scire te esse Nihil, Deum omnia. Ec-
ce binas abyssos, Nihil, Omnia. Tu Nihil, Deus O-
mnia. Ut intelligas Deum esse omnia, prius descen-
de ad abyssum tui Nihili. Prima ergo in hac tua soli-
tudine meditatio, sit tui ex nihilo creatio. Creatus es

homo,